Ad ingenuos & Chriſtianos Bibliopolas.

Voluiſſe nonneminem Theatrum noſtrum Sympatheticum, anno ſexageſimo editum, fraudulento recudere prælo, rumor eſt. Autorem tam nefariæ voluntatis per humanitatem adhuc reticemus; prodituri tamen illum, & in honeſtioris Orbis conſpectum daturi, ſi in factum eruperit, & circa præſens Opuſculum rapinam exercere impoſterum præſumſerit: tantâ quidem redargutionis evidentiâ, ut manifeſtum furem omnes agnoſcere & legere poſſint. Ab aliis piis Bibliopolis ſimilem impoſturam non ſperamus; quinpotiùs unumquemq;, cui vel mica ſupereſt pudoris & ingenuitatis, pudore & conſcientiâ ab ejusmodi flagitio iri revocatum: monitos ſaltem & amicè rogatos volumus, ut oblatâ fortè præter ſpem furtivâ Editione Bibliothecas quoq; ſuas noluerint contaminare; ſed aditum & progreſſum ſceleribus præcludendum eſſe meminerint.

ADI-